Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Briefe - Cod. Aug. perg. 83

Paulus <Apostel, Heiliger>

[S.l.], [11. Jh.]

Epistola Pauli apostoli

urn:nbn:de:bsz:31-11851

Visual Library

batis. occupati enim eratis. non quasi propter penuriam
dico; Ego enim didici in quibus sum sufficiens. scio et
humiliari. scio et abundare; Ubique et in omnibus in
stitutus sum. et satiari. et esurire. et abundare. et pe
nuria pati; omnia possum in eo qui me confortat;
Verum tamen bene fecistis. communicantes tribula
tioni meae. Scitis autem et uos philippenses. quod in
principio euangelii. quando profectus sum a macedo
nia. nulla mihi ecclesia communicauit. in ratione
dati et accepti nisi uos soli; Quia et thesalonica
et semel et bis in usum mihi misistis; non quia quero
datum. sed requiro fructum abundantem in ratione
uestram; Habeo autem omnia et abundo. repletus sum.
acceptis ab epafrodito que misistis. odorem sua
uitatis. hostiam acceptam placentem deo; Deus autem meus.
impleat omne desiderium uestrum. secundum diuitias
suas in gloria in christo iesu; Deo autem et patri nostro gloria.
in secula seculorum amen; Salutate omnem sanctum in
christo iesu; Salutant uos. qui mecum sunt fratres;
Salutant uos omnes sancti. Maxime autem qui
de caesaris domo sunt; Gratia domini iesu christi cum spiritu uestro amen;

ARGUMENTUM EPISTOLE APOSTOLI

Colosenses et hi sicut laodicenses sunt asiani et ipsi
preuenti erant a pseudo apostolis. nec ad hos acces
sit ipse apostolus. sed et hos per epistolam recorrigit. Audi
erant enim uerbum ab archippo. qui et ministerium in
eos accepit; ergo apostolus iam ligatus scribit eis
a roma. per tichicum diaconem. et onesimum acolitum;

INCIPIT EPISTOLA PAULI APOSTOLI

Paulus apostolus iesu christi per uoluntatem dei. et timo
theus frater. his qui sunt colosis sanctis et fidelibus fratribus
in christo iesu; Gratia uobis et pax a deo patre nostro et
iesu christo domino nostro; Gratias agimus deo et patri domini
nostri iesu christi. semper pro uobis orantes. Audientes
fidem uestram in christo iesu. et dilectionem quam habetis
in sanctos omnes. Propter spem quae reposita est uobis in cae
lis. quam audistis in uerbo ueritatis euangelii.
quod peruenit ad uos. Sicut et in uniuerso mundo est
et fructificat et crescit. sic in uobis. ex ea die qua
audistis et cognouistis gratiam dei in ueritate.

Sicut didicistis ab epafrodito karissimo conseruo nostro
qui est fidelis pro uobis minister xpisti ihesu. qui etiam
manifestauit nobis dilectionem uestram in xpisto. Ideo
& nos ex qua die audiuimus non cessamus pro uobis oran
tes & postulantes. ut impleamini agnitione uolun
tatis eius. In omni sapientia & intellectu spiritali.
ut ambuletis digne deo. per omnia placentes. In omni
opere bono fructificantes. & crescentes in scien
tia dei. In omni uirtute confortati. secundum poten
tiam claritatis eius. In omni patientia & longani
mitate cum gaudio. Gratias agentes deo patri.
qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine. Qui
eripuit nos de potestate tenebrarum. & transtulit
in regnum filii dilectionis suae. In quo habemus re
demptionem & remissionem peccatorum. Qui est ima
go dei inuisibilis. primogenitus omnis creaturae.
quia in ipso condita sunt uniuersa in caelis & in terra.
Uisibilia & inuisibilia. siue throni. siue domina
tiones. siue principatus. siue potestates. Omnia per ip
sum & in ipso creata sunt. & ipse est ante omnia. & omnia
in ipso constant. & ipse est caput corporis ecclesiae.
qui est principium primogenitus ex mortuis. ut sit
in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso compla
cuit omnem plenitudinem habitare. & per eum recon
ciliari omnia in ipsum. pacificans per sanguinem
crucis eius. Siue quae in caelis siue quae in terris sunt.
Et uos cum essetis aliquando alienati in operibus ma
lis. & inimici sensu. Nunc autem reconciliauit in
corpore carnis eius per mortem. exhibere uos sanctos.
& immaculatos. & inreprehensibiles coram ipso.
Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles & im
mobiles a spe euangelii quod audistis. Quod praedica
tum est in uniuersa creatura quae sub caelo est. Cuius
factus sum ego paulus minister. qui nunc gaudeo
in passionibus pro uobis. & adimpleo ea quae desunt
passionum xpisti in carne mea. pro corpore eius quod est ecclesia.
Cuius factus sum ego minister. secundum dispensationem
dei quae data est mihi in uobis. ut impleam uerbum
dei. Mysterium quod absconditum fuit a saeculis & gene
rationibus. Nunc autem manifestum est sanctis eius. Quibus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Sensus.

uoluit ds notas facere diuitias glorię sacramti hu
ius in gentib. quod est xpc in uob spes glorię. Quem
nos adnuntiam corripientes omnem hominem. &
docentes omnem hominem in omni sapientia. ut
exhibeam omnem hominem pfectum in xpo ihu. In
quo & laboro certando secdm operationem ei quam
operat in me in uirtute. Volo enim uos scire qualem
sollicitudinem habeam pro uob & pro his qui laodicie.
et quicumq non uider faciem meam in carne. ut consolent
corda ipsorum. Instructi in caritate. & in omnis diui
tias plenitudinis intellectus. In agnitione mysterii
di patris & dni ihu xpi. In quo sunt omnes thesauri sapi
entiae & scientiae absconditi. Hoc aut dico. ut nemo
uos decipiat in subtilitate sermonum. Nam & si cor
pore absens sum. sed spu uobiscum sum. Gaudens & ui
dens ordinem urm. & firmamentum ei quae est in xpo
fidei urae. Sic accepistis xpm ihm dnm. in ipso
ambulate. radicati & sup aedificati in ipso. & confir
mati in fide sicut didicistis. abundantes in illo in
gratiarum actione. Videte ne quis uos decipiat per
philosophiam & inanem fallaciam. secdm traditionem
hominum. secdm elementa mundi. & non secdm xpm. Quia
in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis cor
poraliter. & estis in illo repleti. qui est caput omnis
principat & potestatis. In quo & circumcisi estis.
circumcisione non manu facta in expoliatione cor
poris carnis. sed in circumcisione xpi. Consepulti
ei estis in baptismo. In quo & resurrexistis per fidem
operationis di. qui suscitauit illum a mortuis. Et
uos cum mortui essetis in delictis. & preputio carnis urae.
conuiuificauit cum illo. donans uobis omnia delicta.
Delens quod aduersum nos erat cyrographum decreti.
quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio.
adfigens illud cruci. expolians principat & potes
tates. Traduxit confidenter. palam triumphans illos
in semet ipso. Nemo ergo uos iudicet in cibo. aut
in potu. aut in parte diei festi. aut neomeniae.
aut sabbatorum. quae sunt umbra futurorum. corpus autem xpi.
Nemo uos seducat. uolens in humilitate & religio
ne angelorum. quae non uidit. ambulans frustra. In

Apostolus huius morbi noxia uenena perspiciens. per solum eam radicem et omnium malorum. uerum etiam idolorum seruitutem pronuntiat dicens. Et auaritia quae est simulacrorum seruitus. Consideremus igitur ad quantam labem haec rabies crescat. ut etiam idolorum uel simulacrorum seruitus uocetur. eo quod figuram dei in imagine permissa hominum figuras impressas auro diligere prae domino maluit.

flatus sensu carnis suae. & non tenens caput. ex quo
totum corpus per nexus & coniunctiones subministra
tum & constructum crescit in augmentum dei; Si mor
tui estis cum Christo ab elementis mundi. quid adhuc tamquam
uiuentes in mundo decernitis; Ne tetigeritis.
neque gustaueritis. neque contrectaueritis. quae sunt
omnia in interitu ipso usu. Secundum praecepta & doctri
nas hominum. quae sunt rationem quidem habentia sapi
entiae. in superstitione & humilitate. & non ad par
cendum corpori. non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

Igitur si conresurrexistis cum Christo. quae sursum sunt quaerite.
ubi Christus est. in dextera dei sedens. quae sursum sunt sapite.
non quae super terram; Mortui enim estis. & uita uestra
abscondita est. cum Christo in deo; Cum autem Christus apparu
erit uita uestra. tunc & uos apparebitis cum ipso
in gloria. Mortificate ergo membra uestra quae sunt
super terram; Fornicationem. immunditiam. libidinem.
Concupiscentiam malam. & auaritiam. quae est simu
lacrorum seruitus. Propter quae uenit ira dei.
super filios incredulitatis; In quibus & uos ambu
lastis aliquando. cum uiueretis in illis; Nunc
autem deponite & uos omnia. iram. indignationem.
malitiam. blasphemiam. turpis sermo de ore uestro
non procedat; Nolite mentiri inuicem. expoliantes
uos ueterem hominem cum actibus suis. Et induen
tes nouum eum qui renouatur in agnitione secundum
imaginem eius qui creauit eum. Ubi non est gentilis & — masculus & femina.
iudeus. circumcisio & praeputium. barbarus & scitha.
seruus & liber. Sed omnia & in omnibus Christus; Induite
uos ergo sicut electi dei sancti & dilecti. uiscera misericordiae. — quia illa dixerat membra ideo haec uiscera nominauit.
Benignitatem. humilitatem. modestiam. patientiam.
Supportantes inuicem. & donantes uobis met ipsis;
Si quis aduersus aliquem habet querelam. — querimonia. chlagunga
sicut & dominus donauit uobis. ita & uos;

Super omnia autem haec. caritatem habentes. quod est uincu
lum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus uestris.
In qua & uocati estis. in uno corpore. & grati estote. — i. beneficiis dei.
Uerbum Christi habitet in uobis abundanter. in omni sa
pientia docentes & commonentes uos met ipsos.
Psalmis. ymnis. canticis spiritalibus. in gratia

i. apud deum non iudicatur sexus uel gens uel patria uel conditio. sed sola conuersatio

quae graece phylargiria dicitur.

caritas multa bonorum membra ligat. quia sine hac non possunt.

i. in qua pace; ut in pace uocauit nos dominus.

cantantes incordib. vris do; Omne qd cuq. fa
ctis. inverbo. aut inopere: omia innomine
dni ihu. gratias agentes do & patri. pipsum;
Mulieres. subditæ estote uiris. sic opo&; indo;
Viri diligite uxores uras. & nolite amari ee adillas;
Filii oboedite parentib. pomia. hoc aru placitu e.
indno; Patres nolite adindignatione puocare
filios uros. ut n pusillo animo fiant; Servi.
oboedite pomia dominis carnalib. Nonadoculu
servientes. quasi hominib. placentes. sed insim
plicitate cordis. timentes dnm. qd cuq. facitis.
exanimo operamini. sic dno & n hominib.; Scien
tes. qd adno accipie&is retributione hereditta
tis. dno xpo servite; Qui eni iniuria facit.
recipie& id qd iniq. gessit. Et n e. psonaru accep
tio apud dm; Domini qd iustu e. & æqui servis
præstate. Scientes. quo & uos. dnm habe&is incæ
lo. Orationi instate. vigilantes inea ingratiaru
actione. Orantes simul & pnob. Ut ds aperiat
nob ostiu sermonis. adloquendu mysteriu xpi.
ppt qd & ia vinct su. ut manifeste illud. ita
ut opo&; me loqui. Insapientia ambulate ad
eos qui foris s. tempus redimentes; sermo ur.
semp ingratia sale sit conditus. Ut sciatis
quomodo opo&eat uos unicuiq. respondere;

Quæ circa me s. omia uob nota facie& tychicus
kms fr. & fidelis minister. & conservus indno;
que misi aduos. adhoc ipsu. ut cognoscat quæ
circa uos s. Et console&ur corda ura. cu onesimo
kmo & fideli fre. qui e. exuobis. Omia quæ hic
aguntur. nota facient uobis; Salutat uos aristar
chus concaptiuus ms. & marcus consobrinus
barnabæ. Dequo accepistis mandata. Siuene
rit aduos. excipite illu. Et ihc qui dr iustus.
qui s excircucisione. Hi soli s adiutores mei
inregno di. qui mihi fuer solatio; Salutat
uos epaphras. qui ex uob. e. servus xpi ihu.
semp sollicitus puobis inorationib. ut ste&is
pfecti & pleni inomni uoluntate di. Testimo
niu eni illi phibeo. qd habe& multu labore

Marginal and interlinear glosses:

siue docentes siue operamini in adiutorium fratribus fiat

i. pomnes subiectione

i. adiracundia

i. ne deciderent animo

i. inpromuoter — nor vallen

i. pomne subiecti

i. humilitate

i. fideli

vos servi

i. carnalis domini

Generaliter omib. loquitur.

i. studiosi

i. verbi nri

euglm

pdicatione

incarcere

i. necesse

i. caute

i. iudeos incredulos & gentiles — i. soluentes ex habente

Ut. Redimentes temp. quo. d. m. s.

i. liube — i. dulcedine

i. negotia

i. arcana

ut consoprini i. sororis fili

i. mas instructiones aduos: t forte euglm ... illis exceptis mandato tradidit

i. fuerunt

i. mare...

i. Innouo testamento ppt introitu inregnu di.

i. nrorum

scil. inorationib.

p uobis & his qui sunt laodicie. & qui hierapoli. Sa
lutat uos lucas medicus karissimus. & demas. Salutate
fratres. qui sunt laodicie. & nimpham. & quae in domo eius est.
ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos epistola. facite ut
& in laodicensium ecclesia legatur. & eam quae laodicensium est.
uos legatis. & dicite archippo; Vide ministerium quod
accepisti in domino. ut illud impleas. Salutatio mea ma
nu pauli; memores estote uinculorum meorum;
Gratia domini ihesu uobiscum. Amen. LAODICENSES.

ARGUMENTUM EPISTOLAE PAULI AD THESSA

Thesalonicenses sunt macedones. qui accep
to uerbo ueritatis. perstiterunt in fide. etiam in perse
cutione ciuium suorum; praeterea nec receperunt ea
quae a falsis apostolis dicebantur; hos conlaudat apostolus.
scribens eis ab athenis. per timotheum diaco
nem. & onesimum acolitum. [AD THE]SSALONIC[ENSES]

thessalonica est ciuitas in macedonia prouincia

INCIPIT EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD THE[SSALONICENSES]

Paulus & siluanus & timotheus ecclesiae thes
salonicensium. in deo patre & domino ihesu christo; (i. haec scribunt & mandant)
Gratia uobis & pax a deo patre & domino ihesu christo; Gra
tias agimus deo semper pro omnibus uobis. memoriam facien
tes in orationibus nostris sine intermissione. memo
res operis fidei uestrae. Et laboris. & caritatis. &
sustinentiae spei domini nostri ihesu christi. Ante deum &
patrem uestrum; Scientes fratres dilecti a deo. electionem
uestram. Quia euangelium nostrum. non fuit ad uos in ser
mone tantum. sed & in uirtute. & spiritu sancto. & in plenitu
dine multa. sicut scitis quales fuerimus in uobis
propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis. & domini.
excipientes uerbum in tribulatione multa. cum gau
dio spiritus sancti. Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus
in macedonia & in achaia;

A uobis enim diffamatus est. sermo domini. Non solum
in macedonia & in achaia. sed in omni loco. fides uestra
quae est ad deum. profecta est. Ita ut non sit nobis necesse
quicquam loqui. Ipsi enim de nobis adnuntiant.
qualem introitum habuimus ad uos. Et quomodo
conuersi estis ad deum a simulacris. Seruire deo
uiuo & uero. & expectare filium eius de caelis. quem (i. spem ad deum habere)
suscitauit ex mortuis ihesum. qui eripuit nos ab ira